Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



enim qd omnis creatura ingemiscit & parturit usq; ad
huc. Non & nos ipsi primicias spiritus habentes. ipsi intra nos
gemimus. adoptionem filiorum dei expectantes redemptionem
corporis nri in xpo ihu domino nostro. Scdm lucam.
Ait illo t. dixit ihs discipulis suis. Estote ergo misericordes. sicut & pater
uri misericors est. Nolite iudicare & non iudicabimini. Nolite
condempnare & non condempnabimini. Dimittite & dimittemini. Date & dabitur uobis. Mensuram enim bonam & confertam
& coagitatam et superfluentem dabunt in sinum uriim. Eadem quippe mensura qua mensi fueritis remetietur uobis. Dicebat autem illis & similitudinem. Numquid potest cecus ceco
ducere. Nonne ambo in foueam cadunt. Non est discipulus
super magistrum. Perfectus autem omnis erit si sit sicut magister
eius. Quid autem uides festucam in oculo fratris tui. trabem
autem que in oculo tuo est non considerasti. Aut quomodo potes dicere fratri tuo. frater sine eiciam festucam de oculo tuo ipse in
oculo tuo trabem non uides. Hypocrita. eice primum trabem de
oculo tuo. & tunc perspicies. ut educas festucam de oculo fratris tui.
Omni. omnes unanimes in oratione Dnica. v. Pet apli.
Estote compatientes fraternitatis amatores misericordes.
modesti. humiles. non reddentes malum pro malo. ut male
dictum per maledicto. sed e contra benedicentes. quia in hoc
uocati estis. ut benedictionem hereditate possideatis. Qui
enim uult uitam diligere. & uidere dies bonos. coherceat
linguam suam a malo. & labia eius ne loquantur dolum.
declinet a malo. & faciat bonum inquirat pacem. & se
quatur eam. quia oculi dni super iustos. et aures eius in
ces eorum. uultus autem dni super facientes mala. Et quis est

240